

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Fabulae

Aesopus

[Mailand], [um 1478]

Bonus accursius pisanus doctissimo [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248712](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248712)

Bonus Accursius Pisanus doctissimo ac sapientissimo
ducali quaestori Iohanni Francisco turriano
salutem plurimam dicit.



Cum animaduertterem quanto in pretio et apud pla-
tonem et apud uniuersam uetustatem Aesopus ha-
bitus fuerit. existimaui me facturum rem non in-
dignam. si graecas eius fabellas & uitam una cum
latina interpretatione imprimi curarem: quo diuul-
garentur inter omnes. & eas ad te omnium primum
qui grauissimus & doctissimus sis. dono mitterem.
res enim graues ac seueræ redduntur ueluti mitio-
res. si suis salibus condiantur. hoc autem fecisse
Aesopum ex hoc ad te uolumine cum potius lec-
titaueris. non difficulter intelliges. nam huiusmo-
di fabellæ inter maximas tuas occupationes afferent
tibi: ut existimo. non parum uoluptatis. &
ex earum lectione consules liberis tuis. quo tibi sint
ut cæteris in rebus tum in doctrina eloquentia
que simillimi. Non enim me latet non licere tibi
per occupationes tuas harum rerum lectioni ope-
ram dare: at ne indiges quidem: qui & scriben-
do & loquendo ornatissimus sis & eruditissimus.
Verum liberi tui si huic rei studuerint. reddentur
propediem & docti & disertissimi in primis: quos



tu plurimum cupis esse exculpta quadam ac perpoli
ta litteratura . quã itelligis nemini posse e nostris
hominibus absolute contingere . ubi græcay litte
ray omnino sint rudes. Ceterum ut ad Aesopum
redeam . ex eius uita quæ est ueluti totius operis ca
put . qualis uir fuerit . dilucide cognosces . Est enĩ
ut uidebis . & lauta & facetiay plena . quæ dum le
gitur uel e mortuis risum excuteret . id autem ita
esse res ipsa idicabit. Nolim enĩ prolyxiore uti ora
tione: ne pro uoluptate tædium tibi afferam. Vale
uir doctissime ac sapientissime : & me uti soles
ama.